

rides Agtigentorum Tyrannus eos victos armis exuisse, & ne deinceps res novas molirentur, conviviis, commestationibus vinoque enervasse legitur, eodem instituto, quo & Cyrus in Lydos fertur usus.

U^Lterius progredientibus

XLVIII.

CATANENSIUM



O^Ccurrunt Numismata. Primum habet ex una parte Caput barbaturum, cornutum & laureatum, cum inscriptione KATANAIQN, in averſa Figura ſtoſata viſitur, dextrâ Bilancem, ſiniſtrâ Cornucopiæ ſuſtinens. Idem habetur apud PARUTAM. Caput illud cornutum, an Charondæ, an Jovis Ammonis? Arietinum cornu Deum videtur arguere, ſed ſignata in averſâ Æquitas ad Legislatorem traducit, cujus egregium in Catanenſes meritum hoc Symbolo expreſſum eſſe credibile eſt; Quamquam enim cornua Divini quid inferre videantur, Legislatores tamen Divinis honoribus antiquitus affectos fuiſſe, Eruditifſimus *Raphaël Trichetius du Freſne* in Epifſtola ad Cl. SEGUINUM exemplo Zaleuci probat, imò nominatim de Charonda ex Jamblichode de vita Pythag. id obſervat Illuſtris SPANHEMIUS; Ut ita non videam, quid obſtet, quò minùs Charondæ faciem hîc exhiberi ſtatuamus.

Notiſſimum Æquitatis typum GOLTZIUS ad Hieronem refert, qui etiam Ætneis ſuis ſive Catanenſibus Leges, & æquiſſimas quidem dediſſe, eaſque ad normam ſive lancem Lycurgi Legum examinâſſe perhibetur;